



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

132. An quis in confessione teneatur explicare, si sodomia fuerit
comissa cum masculo, vel cum fœmina? Et quid si circumstantiam
fœmina vellet aperire propter reservationem, ne videretur incidisse ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

De Circumstant.aggrau.Ref.CXXXI.&c. 409

chare filios , quos plurimum Ecclesiæ profuturos sperant : quia talis castitatem est intrinsecè mala , cùm nemo sit dominus membrorum suorum ; & mala non sunt facienda , vt inde eueniant bona : & varia anima pericula hinc consequi solent , cùm tales ardentius libidine inflammantur , & ad concubitum impatientissime feruntur : & bonum illud , vt suauius canant in Ecclesiæ , tanti momenti non est ; vt ob id res à natura per se tam aliena suscipiantur ; nec pro salute spirituali , aut periculo animæ vitando id licetum esse constat : non est ergo audiendus Sodomus.

RESOL. CXXXI.

An qui contra naturam peccauit cum mare , vel feminæ , vel cum bestia diversa specie , debeat explicare circumstantiam maris , vel feminæ , aut bestie bruni , vel alterius generis ? Ex part. 1. tractat. 7. Refolut. 2.

§.1. R Espondo negatiæ , ex doctrina Caetani quædam 3. de confess. & aliorum : quia species illæ specialissime , quæ solum differunt in generis , re entis , & naturæ , & non in genere moris , & malitiae . tue , non sunt confitendi : sicut est diuinatio per tergeminum , per alia , per aquam ; item , peccatum aquæ a natura , lein potu , vel esu carnium , vel aliarum rerum ; item , fortun auræ , panni , argenti , &c. non dicunt nisi vim deformitatem formalem in genere moris : & proprieatæ , neque istæ species specialissimæ , neque circumstantia materiales ex parte entis sunt necessariae , confitenda. Eodem modo dicimus de peccato contra naturam , non esse necesse confiteri circumstantiam maris , vel feminæ viuis , aut alterius generis bestiæ : sed sufficit dicere : Peccauit in sodomitias : in bestialitate quater , &c. Et ita publicè docuit , hic Panormi , quidam Theologus Societas Jesu , lictet Tannerus (quod mihi magis placet) contrarium doceat , quodam sodomitam in 2.2. tom. 5. disp. 3. quest. 3. punct. 6. num. 146. & ante illum Zanard. in direct. part. 2. precept. 6. c. 9.

RESOL. CXXXII.

An quis in confessione teneatur explicare , si sodomia fuerit commissa cum masculo , vel cum feminæ ? Et quid , si circumstantiam feminæ veller aperire proper reparationem , ne videatur incidisse in causam Sodomie reservatum ? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Ref. 86.

§.1. A Ffirmatiua sententiam docet Pater Lugo de Sacrament. Pœnitent. disputat. 16. sect. 5. num. 1. & num. 243. quia ex parte agentis interuenit pollutione propria , quæ non interuenit ex parte patients : diuersum autem peccatum specie est , voluntariè pollui , vel solum cooperari pollutioni alterius : aliud enim est cohibere delectationem propriam illicitam , & aliud non procurare alienam. Et quamvis etiam ipse patients habeat aliquo modo tactum impudicum , & delectationem turpem (quod tamen non videatur quoad delectationem universaliter verum) negari tamen non potest pollutionem ipsam diuersum malitiæ explicandam afferre supra simplicem tactum impudicum : qui enim sine intentione aut periculo pollutionis tangerer , propter turpem solum delectationem tactus , non contrahit malitiæ , quam contrahit , qui ex intentione pollutionis id facit. Vnde iste debet explicare peccatum pollutionis quam procuravit & habuit. Ergo de primo ad ultimum in peccato Sodomitico agens debet explicare circumstantiam illam proper malitiæ specie diuersum , quam afferit. Ita Lugo. Vbi obseruat , quid ego video sententiam negatiuum approbare in part. tert. tractat. 4. refolut. 159.

2. Sed hanc sententiam Romæ approbatam esse mihi constat à doctissimo Patre Nicolao Riccardi Magistro Sacri Palatij Apostolici : interrogatus enim de hoc casu negatiæ respondit. Et hanc opinionem tenet nouissime Zambellus in Reper. Mor. ver. Absolutor. num. 43. Lupus de casibus refer. part. 2. cas. 10. Tom. I.

infime , & non subalterna ? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 158. alias 159.

§.1. R Esolutionem horum dubiorum apud paucos inuenies , quæ tamen , faxit Deus , ut saepius in praxi non occurrant. Et ad primum negatiæ respondet noster Pater Alphonsius de Leone in tract. de officio , & potestate confessari , part. 1. recollect. 9. num. 216. & 218. vbi sic ait : Ego dicarem , salvo meliori iudicio , non esse necessariò exprimendum an fuerit agens , vel patients , quia tale peccatum est eiusdem speciei , & ideo quia magis graue est peccatum agentis , quam patients , idèoque maiori pena punitur , non autem sequitur esse diversæ speciei , cùm magis , & minus non varient speciem. Ita illud. Si quis ergo verecondiam haberet confitendi , scilicet in actu sodomitico suis patientem , sufficit ut dicat : Totes sodomitiam exercui.

2. Ad secundum dubium supradictus auctor ibid. num. 224. etiam negatiæ responderet , docet enim copulam sodomitacum inter cognatos mutare speciem , quando illi inuicem sunt tales in linea recta ; in linea vero transuersali , circumstantiam aggravantem ; non esse tamen in vitroque casu gradum cognitionis carnalis exprimendum , quia in incestu probabile est nullum gradum mutare speciem , & in tali copula non commiscetur caro , nec contrahit affinitas ; sed de hoc dubio etiam alibi à nobis actum est.

3. Notandum est etiam hinc obiter cum Filliucio tom. 2. tract. 30. cap. 7. num. 131. & aliis , probabile esse quid peccata omnia contra naturam sint unius speciei infinitæ , & non subalternae ; licet contraria opinio sit magis probabilis.

RESOL. CXXXIV.

An in peccato Sodomie pœnitens teneatur explicare se fuisse patientem ? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 36.

§.1. A Ffirmatiua sententiam docet Pater Lugo de Sacrament. Pœnitent. disputat. 16. sect. 5. num. 1. & num. 243. quia ex parte agentis interuenit pollutione propria , quæ non interuenit ex parte patients : diuersum autem peccatum specie est , voluntariè pollui , vel solum cooperari pollutioni alterius : aliud enim est cohibere delectationem propriam illicitam , & aliud non procurare alienam. Et quamvis etiam ipse patients habeat aliquo modo tactum impudicum , & delectationem turpem (quod tamen non videatur quoad delectationem universaliter verum) negari tamen non potest pollutionem ipsam diuersum malitiæ explicandam afferre supra simplicem tactum impudicum : qui enim sine intentione aut periculo pollutionis tangerer , propter turpem solum delectationem tactus , non contrahit malitiæ , quam contrahit , qui ex intentione pollutionis id facit. Vnde iste debet explicare peccatum pollutionis quam procuravit & habuit. Ergo de primo ad ultimum in peccato Sodomitico agens debet explicare circumstantiam illam proper malitiæ specie diuersum , quam afferit. Ita Lugo. Vbi obseruat , quid ego video sententiam negatiuum approbare in part. tert. tractat. 4. refolut. 159.

Sup. hoc in tribus Ref. 1. seqq. & inf. 2. in Ref. 163. §. Quero secundo & sup. in Ref. 128. in fine , & in to. 2. tr. 6. Ref. 114. §. Nota vero & seq.

Aliibi infra in Ref. 137. &c. Sup. hoc me lius , & magis latè in to. 8. tr. 6. Ref. 120. §. & in aliis eius nor. & infra in Ref. 135. §. 1. post mediū , vers. Demas.

RESOL. CXXXIII.

An in peccato Sodomie teneatur quis exprimere in confessione , an fuerit agens , vel patients , vel gradus cognitio carnalis ? Et an peccata omnia contra naturam sint unius speciei

Quæ hic est Ref. anteceden-
tis.